fidei possessori primum oportet celeri reformatione succurri [1]: & tunc [2] causam originis & proprietatis agitari [3]. Dat. 4. Id. Jul. *Mediolani*, STILICHONE, & [4] ANTHEMIO CONSS. 400.

De fiscalibus debitis.

15. Impp. HONORIUS & THEODOSIUS AA. Probo.

COlonos [5] nunquam fiscalium nomine debitorum ullius exactoris [6] pulset intentio: quos ita glebis [7] inhærere præcipimus, ut nec puncto [8] quidem temporis debeant amoveri.

De colona quæ se junxit homini libero.

16. Iidem AA. Palladio.

MUlier [9] quæ fuisse originaria docebitur, si cujuscunque liberi hominis secuta consortium, in urbibus, vel in quibuscunque locis victura constiterit, ejus omnem [10] sobolem secundum vetera constituta conveniet revocari. Dat. 6. Kalend. Jul. *Ravennæ*, MAXIMO, & PLINTA CONSS. 419.

Præjudicium possessioni per colonum fieri non posse.

17. Iidem AA. Joanni P. P.

PEr colonum præjudicium possessionis invito, vel inscio domino [11] imponi non posse: & jure & legum auctoritate declaratur. Dat. Id. Jul. *Ravennæ*, HONORIO XIII. & THEOD. X. AA. CONSS. 422.

De adscriptitiis, & acquisitis possessione triginta annos.

18. [12] Imp. ANASTASIUS.*

AGricolarum [13] alii quidem sunt adscriptitii [14], & eorum peculia dominis competunt: alii vero tempore annorum [15] triginta coloni fiunt, liberi [16] manentes cum rebus suis: & ii etiam coguntur terram colere, & canonem præstare. Hoc & domino, & agricolis utilius est.

De militiis. De apparitoribus.

19. Impp. THEOD. & VALENT. AA. Probo P. P.

COlonos nulla ratione ad ullum quamvis humilioris militiæ [17] locum sinimus admitti: Sed nec apparitores Magistratiæ potestatis, censibus [18] adscriptos probari concedimus: quia in hac parte, & dominorum [19] juri, & publicæ consulimus honestati.

Si de terræ dominio dubitetur, & locatio negetur.

20. Imp. JUSTINIANUS A. Demostheni P. P.

LItibus imponentes celeritatem, fancimus, si quando coloni cujuscunque conditionis contra dominos terræ declamaverint, super hoc ipso dubitantes, utrum is terræ dominus est, necne: an ipsi coloni dominium suæ terræ [20] possident (eos tamen dicimus, qui non ex longo prolixoque tempore, vel longinqua, & inveterata reditum [21] suscepitione sufficientem habent cautelam: in quibus casibus ne contradicendi quidem licentia colonis relinquitur, longi temporis præscriptione, vel redituum frequentissima consequentia [22], colonorum impetum [23] excludente) talem esse super reditum, vel publicarum functionum præstatione formam censemus, ut si tales coloni, quales prædiximus, idoneum fidejussorem [24] totius summæ, quæ ab his dependitur, præstiterit, quod omnes reditus fine ulla procrastinatione, si melior causa dominorum judicetur, eis restituent, & talis fidejussor per triennium accipiatur, eoque impleto iterum removeatur [25]: coloni in medio nullo modo super reditibus a domino inquietentur. §. 1. Si autem hoc coloni minime facere voluerint vel potuerint: tunc idem reditus per officium judicis annui exigantur per solita tempora, in quæ etiam dominis dependebantur, & deponantur [26] in æde [27] sacra, vel [28] in κειμηλιοφυλακίῳ [29] civitatis, sub qua possessio sita est: vel si localis ecclesia ad suscepationem pecuniarum idonea non sit, in metropolitana ecclesia remanent cum omni cautela: & post plenissimam definitionem, vel dominis dentur, vel colonis restituantur. §. 2. Sin autem reditus non in auro, sed in speciebus inferuntur [30], vel in totum, vel in partem [31]: iterum [32] per officium judicis fructus vendantur, & pretia eorum secundum prædictum modum deponantur.

§. 3. Hæc de reditibus definientes, ad publicas transeamus functiones. Et si quidem coloni more solito eas dependebant [33], ipsi maneant in pristina consuetudine, nullo præjudicio dominis generando, qui etiam [34] quiescentibus colonis, & non contradicentibus, ad publicum tributarias functiones minime inferebant. Sin autem moris erat dominos totam summam accipere, & ex ea partem quidem in publicas vertere functiones: partem autem in suos reditus [35] habere: tunc si quidem fidejussor a colonis detur, eundem fidejussorem dominis sine præjudicio litis tantam summam inferre, quantam tributa publica faciunt, ut a dominis publicis rationibus persolvatur: nullo ex hoc colonis præjudicio generando, super reditibus enim domini fidejussione fiant contenti. §. 4. Sin autem fidejussione [36] cessante ad sequestrationem res veniant, & pecuniæ deponantur [37]: ex earum summa tantam [38] judices separare, quanta ad publicas sufficiat [39] functiones, & eam dispositionem dominum accipere: quatenus ipse eam persolvens, publicas accipiat securitates: reliqua quantitate, quæ in reditus puros [40] remanet, in tuto collocanda, & litis terminum expectante: nullo præjudicio, sive colonis, sive dominis ex hujusmodi fidejussione, vel sequestratione, vel publicarum functionum solutione generando: sed omni causa in suspenso manente, donec judicialis sententia, quæ de toto negotio procedit, omnem rem aperiat, & ostendat, quia dominus terræ constitutus est [41], & ad quem publicarum functionum securitas debet [42] in posterum fieri, seu reditus pervenire, vel permanere. Recitata septies [43] in novo consistorio palatii Justiniani. Dat. 15. Kal. Octobr. *Chalcedone*, DECIO V. C. CONS. 529.

De natis ex adscriptitio, & serva, vel ex adscriptitia, & servo. Collatio servorum, & adscriptitiorum.

21. Idem A. ad Senatum.

NE diutius dubitetur, si quis ex adscriptitia & libero, vel ex adscriptitia & servo, vel adscriptitio & ancilla fuisset editus, cujus status sit, vel quæ pejor fortuna sit, utrumne adscriptitia, an servilis: sancimus ea quidem, quæ in anterioribus legibus cauta sunt pro tali progenie, quæ ex mulieribus adscriptitiis, & viris liberis progenita sit, in suo statu relinqui, & sic sit [44] adscriptitia proles ex tali copulatione procreata. Si quis autem, vel ex servo & adscriptitia, vel ab ancilla & adscriptitio fuerit editus, matris suæ ventrem sequatur, & talis sit conditionis, qualis & genitrix fuit, sive ancilla, sive adscriptitia: quod hactenus in liberis tantum & servis observabatur. Quæ [45] enim differentia inter servos [46], & adscriptitios intelligatur, cum uterque in domini sui positus sit potestate, & possit servum cum [47] peculio [48] manumittere, & adscriptitium cum terra dominio suo expellere?

De probationibus. 1. De præscriptione XXX. *vel* XL. *annorum.*

22. Idem A. Juliano [49] P. P.

CUm scimus nostra jura nolle [50] præjudicium generare cuiquam circa conditionem, neque ex confessionibus, neque ex scriptura [51], nisi etiam ex aliis argumentis aliquod accesseriit incrementum: fancimus solam confessionem [52], vel aliam quamcunque scripturam ad hoc minime sufficere: nec adscriptitiam conditionem cuiquam [53] inferre, sed debere hujusmodi scripturæ aliquod advenire adjutorium: quatenus, vel ex [54] publici census adscriptione, vel aliis legitimis modis talis scriptura adjuvetur. Melius etenim est in hujusmodi difficultatibus, ex pluribus capitulis conditiones [55] ostendi: & non solis confessionibus neque scripturis homines forte liberos ad deteriorem detrahi fortunam. Sin autem est scriptura, & post [56] scripturam confessio seu depositio (sine vi, & necessitate tamen) intervenerit (quid enim si conditionale [57] instrumentum vel aliam chartulam, in qua subscri-

1 Fiet hoc interdiêo Utrubi (namque hæc lex in Codice Theodos. posita est sub tit. *Utrubi*) quod celerem reformationem vocat, id est, momenti adimem, quam nec appellatio remorari potest. *l. 1. §. fi de mun. poss.* nec competitio, *l. ult. supr. de compers.* Celeris autem reformatio sive momenti ablatio aut interdictum omnem rationem significat repetendæ possessionis, vi vel alio modo perturbatæ, & ideo non tantum interdictum Unde vi, sed & interdictum de tabulis exhibendis, quo heres tabulas repetit ab alio suppresas, apud Animum *tit. voc. civ. crim. ag. poss.* & interdicta, Uti possidetis, & Utrubi, & Salvianum apud eundem *§. sentent. Paul. tit. de interdict.* & interdictum Quorum bonorum, *l. 22. Cod. Theod. quor. app. non rec.* Celerem reformationem, restitutionem, executionem, *l. 22. Cod. Theod. quor. app. non rec.* Celerem reformationem, restitutionem, executionem, dixit etiam *in l. §. Cod. Theod. de denunc. l. 4. Cod. Theod. unde vi. l. 1. C. Theod. de inqu. & col.* vide porro ad hanc legem, & an hoc novum remedium recuperande possessionis locum habeat in quacunque re mobili, immobili, animata & inanimata Alexand. *l. 1. §. fi. de ver. sign. n. 31. cum seq.* ubi etiam Abb. *extr. de restit. spol. & ad c. cum sed. num. 25. & seq. hoc tit.* Socinum *ad l. rem quæ nobis. num. 3. ff. de acquir. poss.* Ant. Rub. *ad l. naturaliter. §. nihil commune. num. 82. ff. de acquir. poss.* Phil. Franc. *ibi disput. petteriti num. 29. 4. vol. tract.* Parisiens. *cons. 1. num. 178. lib. 1.* Villalob. *tit. de recuper. possess. num. 29. 4. vol. tract.* Parisiens. *cons. 1. num. 178. lib. 1.* Villalob. *tit. de recuper. possess. num. 110.* Menochium denique *de recuper. possess. remed. 10. Mod.* 2 Vide quæ notavi *ad l. 156. §. 1. ff. de regulis juris*: vide Dynum *ad cap. dolo facit, de regulis jur. in 6.* 3 Quæ hic detracta sunt e *C. Th.* 4 Al. *Aureliano.* 5 *l. 4. in princ. supr. h. t.* 6 Exactionis. 7 *l. 23. §. cum autem Anastasiana. §. cavent. J. h. t. leg. unica. J. de colonis Palæstini, h. lib. tit. 50. l. unica. J. de colonis Thracensibus, h. lib. tit. 51. l. unica. J. de colonis Illyricanis, h. lib. tit. 52. Nov. 17. cap. 14.* 8 Punctum hic accipe pro momento. Puncto aut momento temporis coloni longius abduci non debent. adde de momento Cujacium *cap. 1. de præscript.* 9 *l. unica, vers. Itaque mulierum. C. Theod. de inquilin. lib. 5. tit. 10.* 10 *l. 21. J. h. t.* Goth. Sententia legis hæc est: Colonam, quæ se junxit libero homini, cum omni sobole revocari: unde fecuitur, natum ex colona & libero homine, materne conditionis esse, *l. ult. J. hoc tit. l. 4. J. de agr. & man.* Nec obstat *l. 13. supr.* ut interpretatio Cujac. ad eum litatim indicat. *Mod.* 11 Repetita est hæc lex in *l. ult. J. si alien. res pign. dat. fit.* ex qua intelligitur hunc esse sensum, ut licet servus prædium domini invito vel inscio domino pignori obligare non potest, *l. 6. & 9. §.* 12 Hæc *legum Græcam & Latinam edidit* Cujac. *cujus mentio fit in l.* 23. & ab Eustachio *lib. de temporibus.* 13 Agricolarum ali adscriptitii, alii coloni. 14 Vide quæ scripsi ad *l. ult. §. de uxor pro marito.* 15 Vide quæ scripsi ad *cap. 2. J. en quibus causis colonat. h. lib. tit. 49.* Coloni triginta annorum possessione adquirantur, 16 Coloni liberi, ut hic, & *l. 1. J. de prædiis tamiacis. h. lib. tit. 68.* adscriptitii non item. *§. h. t.* 17 Militia colonis interdicta. adde *l. 3. J. qui militare possunt. lib. 12. tit. 34.* 18 Id est, libris centualibus. 19 Adscriptitorum peculia sunt dominorum. *l. 21. in fin. J. h. t.* 20 Sæpe fit, ut coloni vindicent se in libertatem, & dicant se esse ἰδιοκτήματα, id est, proprionum bonorum possessores. Sed præscriptione longi temporis repelluntur, si dominus probaverit: reditus & pensiones eos diu quasi Colonos excluvisse, quæ probatio fiet antapochis. *l. plures. J. de fide instrum.* quæ huic conjungenda est. Et possessio quidem longi temporis colonum non facit, cum ex lege Anastasii exigantur 30, anni, sed pro possessore præsumptionem facit. & generaliter diuturna præstatio vel partis præstatio obligationem vel adimem, quæ non fuit ab initio, non constituit. *l. 7. supr. de usur. l. si certis. supr. de pactis. l. ult. §. ne uxor pro marit. l. aperte. ff. de oper. lib.* Tacitum pactum induit. *l. 5. §. de usur.* Præsumptionem obligationis induit in dubio. *l. cum de in rem verso. ff. de usuris*, & obligationem, si qua fuit confirmat, & corroborat, extinctis exceptionibus anargyriæ & Macedonianii, *l. 4. §. de non num. pec. l. 2. §. ad SC. Maced. & interdum perpetuat*, ut in causa alimentorum. *l. 1. §. de fideicommiss.* Mod. 21 *l. fi certis annis. l. 28. §. de pactis.* vide Molinæum *de usuris quæst. 20. num. 207.* Goth. Adde Gedd. *de sequestrat. cap. 1. num. 111. cap. 2. num. 33. & seq.* Zanger. *de except. part. 3. c. 2. n. 181.* Anf. 22 Reditumque diuturna & continua præstatio possessionem confirmat, & vim longi temporis præscriptionis habet, vide *l. cum de in rem. 6. ff. de usur.* 23 Impetus. 24 Sequestrum fieri impedit, qui fidisidatione offert, *ut hic, & l. ult. supr. de ordine cognitionum. l. fi fidejussor. 7. in fin. ff. qui satisdare.* Cyn. *in l. 1. de prohibita sequestr.* lic tamen, ut in fidisidatione promittatur de reditu unda re fine procrastinatione aliqua (excepta certis casibus, Clement. *l. de sequestrat. possessionis*, Panorm. *c. 2. extr. h. t.*) Eadem ratione sequestrum impedit per contumaciam impetrantis sequestrum: vehuti ti litem persequi negligat. *l. 5 quæ. 9. §. si domum. 3. ff. de dolo.* ut & feutentia post sequestrum lata. Doct. *in d. §. ult.* Quid? in sequestro ut summaria cognitio, ita citatio partis, vel alius ordo judiciarius num exigitur? exigitur: propter suspicionem videlicet fugæ reijcie amittendæ. Bald. *in d. §. ult.* Panorm. *d. c. 2. arg. l. ait prætor.* 10. §. *fi debitorem.* 16. *ff. quæ in fraudem.* vide Bald. *decis. 240.* 25 Renovetur. 26 Ubi non est titisdatum. *l. 16. in fin. ff. de off. præsidis, l. 7. in fin. ff. qui satisdare.* 27 Ædem sacram. 28 Id est. 29 De Cimelio & Cimeliarchis, vide quæ scripsi ad *Novell. 40. §. 1. & 161. l. ult. §. 1. supr. de bonis autorit. judicis possidendis.* Paul. *sent. 6. §. 1.* 30 Inferantur. 31 Ex parte. 32 Interim. 33 Dependebant. 34 Et. 35 Suum redituum. 36 Fidejussore. 37 Adeuntur. 38 Tanta. 39 Sufficiant. 40 Puri reditus, soluti a tributis, sic pura substantia, quæ ære alimo soluta est. *l. 11. §. 1. J. de repud.* 41 Sit. 42 Debeat. 43 Legendum, *septiensiaria.* vide Cujac. *2. observ. 3.* 44 Adscriptitia libero nubere potest: propter quod ex eo matrimonio nati adscriptitii sunt. *l. 16. §. 1. J. h. t. l. ult. J. h. t. ex adscriptitio autem & libera nati, liberi sunt adscriptitii. d. l. ult. N. 54.* 45 Vide Cujac. 32. *observ. 35.* 46 Adscriptitii servi sunt, *ut hic*, & ea parte differunt a colonis. *l. 1. J. de prædiis Tamiacis. h. lib. tit. 68.* 47 Adscriptitiorum peculium ad eorum dominum pertinet, *ut hic, & l. 18. l. 19. in fin. supr. h. t.* 48 Al. additur, *vel sine eo*, fed glossema esse apparet ex *Accursi.* 49 Al. *Joanni.* 50 Nullum. 51 Vide Guid. Papæ *not. quæst. 318.* Grammaticum *consil. 31. num.* 27 Adscriptitius olim erat ex adscriptitio & libera natus: hodie liber nascitur, *ut hic*, quod de iis intelligitur, qui post hanc constitutionem nascitur, *non ante. Novell. 21. c. 2. &* 74. hodie colonus est, neque terram deferere potest. *Novell. 162.* adde *Nov. 78. c. 3. &* 157. *c. fin.* 53 Adscriptitio omni liberæ nitere, etiamsi hoc fiat consentiatque in eo conditio adscriptitiorum, quam servorum, propter agriculturæ necessitatem. Nam servi, si liberam nexerint in matrimonium, fiunt vel conservorum domino, matrimonium non dirimitur. 29 *Justin. in Novell.* 54. ait hæc verba callide a quibusdam accepta, ideoque ea interpretatur in illa Nov. *Continus.* 30 *l. 31. §. h. t.* vide Cujac. 4. *obs.* 28. 31 *Cuptinus* est census capitis. *Cuth.* De capitatione seu tributo, quod in singula capita exivitur, vide Jacob. Bornit. *de arar. redit. lib. 6. cap. 2.* & novitet Dictus. *de Nardo in annot. jur. fab. Acuno 14. §. 37. Anf.* 34 Scil. Romanorum. 35 *C. Th. 13. 10. 2. exactoribus tribut. l. 10. tit. 19.* Coloni capitationem præstant, *l. 1. J. infr. ne rusticani ad colonis. dixi ad d. l. 1.* 37 Detracta fuit quædam *e C. Theod.* 38 Al. *capite consist.* 39 Idem obtinet in fiscalibus, quod hic in privatorum colonis. *l. 3. J. de agr. & mancip. dom. Mod.* 40 Dispendium. 41 Census hic, libri censuales, *l. 4. §. de agricolis. h. t. tit. 47. l. 10. ff. de prob.* Scripturæ publici census. *l. 22. §. de agricolis. h. t. tit. 47.* 42 Adscripti censibus, *l. 19. §. de agric. & censit. h. t. tit. 47. l. 10. J. de re militari. l. 12. J. h. t. tit. 47.* 43 Al. *scripti his liberis.* 44 Libriterii hi centiti, fu capite quibus mox dicetur. 45 Al. *scripti his liberis.* 46 Libriterii hi centiti, fu capite centiti. *l. 2. C. Th. si quæ in mancipium*: census capitis. Pintarch. *de liber. educat.* prædiis non ita adscriptitii, quasi adscripti censibus. *Sopr. h. t.* terræ adscriptus Græce ἐκκαλέγεται ὁ ἀπογραφομενος τῇ γῇ πάσαν. 47 Vide *l. unic. J. de colonis Thracensib. h. l. tit. 51.* 48 Ut quisque debiti servitute videlicet adstrictii. Quo, &c. 47 Vox fetus *singulare statutum, statuto caventur.* 48 Accusario criminum publica est. 49 Al. *civibus.* 50 Coloni æternitatis quodam jure additi locis, ex quorum reditibus evantur. 51 Vide *l. 16. §. de agric. & censit. n. l. tit. 47.* 52 Coloni frugetiam in Palæstina a possessionum dominis revocari possunt. 53 Possessionibus. 54 Cologi *Palæstinas*: quod non improbat Cujacius, quia fuerunt tres in Oriente, ad quos omnis hæc pertinet constitutio. *Mod.* 56 Colonus non est dominus fundi, fed qui dominus.

psit [1] & [intimavit: &] inter acta deposuit sese colonum fuisse adscriptitium ?) tunc ex utroque genere obligationis, id est, tam scripturæ, quam confessionis, vel depositionis, talem cum esse credendum, qualem se & scripsit, & inter acta deposuit. §. 1. Illud quoque non ineleganter dubitabatur [2], *si coloni filius per triginta annorum curriculum, vel forsitan per quadraginta, seu ampliora adhuc vivente patre & agricultiram peragente, ipse in libera conversatione [3] moraretur, & dominus terræ, quia per patrem ei satisfiebat [4], non etiam præsentium ejus exigebat: an post obitum patris, vel postquam forte inutilis is existat, & vivi non idoneus, potest excusari filius longinqua libertate abutendo? & quod per multos annos neque agrum coluit, neque aliquid colonaria operis celebravit, cum non possit dominus incusari propter suam desidiam, cui per patrem ejus omne, quod voluerat, accedebat*, in omnibus itaque hujuscemodi speciebus satis acerbum nobis videtur, domino præjudicari [5] colonorum absentia [6], qui rure [7] nati, & postea absentes, per suos, vel patres, vel fratres, vel cognatos agriculturam peragebant: cum enim pars [8] quodammodo corporis ejus per cognationem in fundo [9] remanebat, non videtur neque abesse, neque peregrinari, neque in libertate morari. Maneat itaque domino jus inconcussum, & donec ejus, vel antiquitas, vel possessitas, vel cognatio in agrum remanet, ipse videatur ibi resedisse. Dat. 10. Kal. *Constantinop.* post Consulatum LAMPADII, & ORESTIS VV. CC. 531.

1. *ad leg. 18. supra h. tit.*

2. *De adscriptitiis, vel colonis alienis non suscipiendis.*

23. Idem A. Joanni [10] P. P.

CUm satis inhumanum est, terram, quæ ab initio adscriptitios [11] habebat, suis quodammodo membris defraudari, & colonos in aliis [12] terris demorantes, dominos terræ maximis damnis afficere, censemus, quemadmodum in curialium conditione nemo ex temporali cursu liberatur: ita nec adscriptitiæ conditioni suppositus, ex annalibus curriculis quantacunque emanaverint, vel quacunque prolixa [13] negotiatione aliquis sibi vindicet libertatem: sed remaneat adscriptitius, & inhæreat terræ: & si se celaverit, vel separare se conatus fuerit, secundum exemplum servi fugitivi sese diutinis [14] infidiis furari intelligatur: & sit suppositus una cum omni sobole sua (etsi in alia terra eam fecerit) hujusmodi fortunæ, & capitali [15] illationi: nulla liberatione ei penitus competente. §. 1. Cum autem Anastasiana [16] lex *homines, qui* [per 17] *triginta* [18] *annos colonaria detenti sunt conditione, voluerit liberos quidem permanere: non* [19] *autem habere facultatem terra derelicta in alia loca migrare*: & ex hoc quæreretur, *si etiam liberi eorum cujuscunque sexus, licet non per triginta annos fuerint* [20] *in fundis, vel locis, deberent colonariæ esse conditionis, aut* [21] *tantummodo genitor eorum, qui per triginta annos hujusmodi conditioni alligatus esset?* fancimus liberos colonorum esse quidem in perpetuum secundum præfatam legem liberos, & nulla deteriori conditione prægravari: non autem habere licentiam relicto suo ruræ ad aliud migrare, sed semper terræ inhæreant, quam semel colendam patres eorum suscperunt. † Caveant autem possessionum domini, in quibus tales coloni constituti sunt, aliquam innovationem, vel violentiam eis inferre. Si enim hoc approbatum fuerit, & per judicem pronuntiatum, ipse provinciæ moderator, in qua aliquid tale fuerit perpetratum, omnino provideat & laticinem (si qua subsecuta est) eis refarcire, & [sic] veterem consuetudinem in reditibus [22] præstandis eis observare: nulla nec tunc licentia concedendi colonis fundum, ubi commorantur, relinquere [23]: & hoc tam in ipsis colonis, quam in sobole eorum, qualiscunque sexus, vel ætatis sit, fancimus, ut & ipsa semel in fundo nata, remaneat in possessione fub eisdem modis, eisdemque conditionibus, fub quibus etiam genitores ejus manere in alienis fundis definivimus. §. 2. Nemini autem liceat, vel adscriptitium, vel colonum alienum scienti, prudentique in suum rus [24] suscipere: sed & si bona fide eum susceperit, postea autem repererit eum alienum esse constitutum, admonente domino, vel ipsius adscriptitii, vel terræ, & hoc faciente per se, vel per procuratorem suum, hunc restituere eum cum omni peculio, & sobole sua. & si hoc facere superfederit: omnis quidem temporis, quo apud eum remoratus est, publicus functiones, sive terrenas, sive annales [25] pro ipso inferre compelletur: cura & provisione tam eminentissimæ præfecturæ, quam præfidis provinciæ: coartetur autem sic ad restitutionem ejus fecundum veteres constitutiones, & pœnas in eis infertas.

De natis ex adscriptitio & libera.

24. Idem A. Joanni [26] P. P.

SI qui adscriptitiæ [27] conditionis constituti, mulieres liberas quacunque mente, aut quacunque machinatione, sive scientibus, sive ignorantibus dominis sibi [28] uxores conjunxerunt vel conjunxerint [29] in sua libertate permanere, tam eas, quam prolem quæ ex his cognoscitur procreata, fancimus: illo proculdubio observando, ut si ex libero marito, & adscriptitia uxore partus fuerit editus: is maternæ [30] conditionis maculam, & non paternam sequatur libertatem, sed non adscriptitii [31] putent sibi impunitum esse tale conamen, quod maxime verendum est, nec liberarum mulierum nuptiis ab his excogitari paulatim hujusmodi hominum conditio decrescat: fancimus, si quid tale fuerit ab adscriptitio perpetratum, habere liberam potestatem dominum ejus sive per se, sive per præsidem provinciæ talem hominem moderata corrigere castigatione, & abstrahere a tali muliere, quod si neglexerit, sciat in suum damnum hujusmodi desidiam [32] reversuram.

TIT. XLVIII.

DE CAPITATIONE [33] CIVIUM [34] CENSIBUS EXIMENDA.

1. Imp. CONSTANTINUS ad Eusebium V. P. Præsidem Lyciæ & Pamphiliæ [35].

PLebs [36] urbana (sicut in Orientalibus quoque provinciis observatur) minime in censibus pro capitatione sua conveniatur: sed juxta hanc jussionem nostram immunis habeatur [37]. Dat. Kal. Jun. CONSTANT. A. III. & LICINIO III. CONSS. 313.

TIT. XLIX.

IN QUIBUS CAUSIS COLONI CENSITI [38] DOMINOS ACCUSARE POSSINT.

1. Imp. CONSTANTINUS A. ad Maximum Vic. Orient.

QUisquis colonus plus a domino exigitur, quam ante consueverat, & quam in anterioribus temporibus exactum est, adeat judicem, cujus primum poterit habere præsentiam, & facinus comprobet: ut ille qui convincitur amplius postulare, quam accipere consueverat, hoc facere in posterum prohibeatur [39]: prius reddito quod superexactione perpetrata noscitur [40] extorsisse.

Coloni censiti, licet respectu aliorum sint liberi, tamen quoad personas dominorum quibus tributa præstant, quadam servitute teneantur adstricti. Bart.

2. Impp. ARCADIUS & HONORIUS AA. Nebridio Comiti Asiæ.

COloni censibus [41] duntaxat adscripti [42], sicuti ab his [43] liberi sunt, quibus eos tributa [44] subjectos non faciunt; ita his quibus annuis functionibus, & debito conditionis obnoxii [45] sunt, pene est, ut quadam dediti servitute videantur [46]: quominus est ferendum, ut eos audeant lite pulsare, a quibus ipsos, utpote dominis, una cum possessionibus distrahi posse non dubium est: quam de cetero licentiam submovemus: ne quis audeat domini nomen in judicio lacessere: & cujus ipsi sunt, ejusdem omnia sua esse cognoscant. Cum enim sæpissime decretum sit, ne quid de peculio suo cuiquam colonorum ignorandmodum contra ejus personam æquo poterit jure consistere, quem nec propria quidem leges sui juris habere voluerunt, & acquirendi tantum, non etiam transferendi potestate permissa, domino, & acquirere, & habere voluerunt? Sed ut in causis civilibus hujusmodi hominum generi adversus dominos, vel patronos aditum intercludimus. & vocem [47] negamus (exceptis superexactionibus, in quibus retro principes facultatem eis super hoc interpellandi præbuerunt) ita in criminum accusatione, quæ [48] publica est, non admitur eis propter suam fuorumque injuriam experiundi licentia.

TIT. L.

DE COLONIS PALÆSTINIS.

Coloni Palæstini non possunt a terra recedere sicut alii: & eorum dominis datur revocandi plena potestas. Bart.

1. Imppp. VALENT. THEOD. & ARCAD. AAA. Cynegio [49] P. P.

CUm per alias provincias, quæ subjacent nostræ serenitatis imperio, lex a majoribus constituta, colonos quodam æternitatis [50] jure detineat, ita ut [51] illis non liceat ex his locis, quorum fructu [52] relevantur, abscedere: nec ea deferere, quæ semel colenda suscperunt, neque id Palæstinæ provinciæ possessoribus [53] suffragetur: fancimus, ut etiam [54] per Palæstinam [55] nullus omnino colonorum fuo jure velut vagus, ac liber exultet, sed exemplo aliarum provinciarum ita domino fundi teneatur, ut fine pœna fuscipientis non possit abscedere: addito eo, ut possessionis [56] domino revocandi ejus plena tribuatur auctoritas.

TIT. LI.
DE COLONIS THRACENSIBUS.

Thracenses capitationis tributa non præstant, sed tributa terræ. Bart.

1. Impp. THEODOS. & VALENTIN. AA. Rufino P. P.

PEr universam diœcesim Thraciarum [1] sublato in perpetuum humanæ capitationis censu, jugatio [2] tantum terrena solvatur. Et ne forte colonis tributariæ sortis nexibus absolutis, vagandi [3], & quo libuerit, recedendi facultas permissa videatur, ipsi quidem originario jure teneantur: & licet conditione [4] videantur ingenui, servi tamen terræ ipsius, cui nati sunt, existimentur: nec recedendi [5] quo velint, aut permutandi loca habeant facultatem, sed possessores [6] eorum jure utantur, & patroni [7] solicitudine, & domini [8] potestate. Si quis vero alienum colonum suscipiendum, retinendumve crediderit: duas auri libras ei cogatur exolvere, cujus agros transfuga cultore vacuaverit [9]: ita ut eundem cum omni peculio suo, & agnatione restituat.

TIT. LII.
DE COLONIS ILLYRICIANIS [10].

Coloni Illyriciani origine, a terra se separare non possunt. Bart.

1. Imppp. VALENT. THEOD. & ARCAD. AAA. ad Probum P. P.

COlonos, inquilinosque per Illyricum [11], vicinasque regiones, abeundi rure, in quo eos originis [12] agnationisque merito certum est immorari, licentiam habere non posse censemus. Inserviant terris non tributario nexu, sed nomine, & titulo colonorum: ita ut si abscesserint, & ad alium transierint, revocati, vinculis, pœnisque subdantur: maneatque eos pœna, qui alienum, & incognitum recipiendum esse duxerint: tam in redhibitione operarum, & damni, quod locis, quæ deseruerant, factum est: quam multæ [13], cujus modum in auctoritate Judicis collocamus: ita ut etiam dominus fundi in quo alienus fuisse monstrabitur, pro qualitate peccati coërcitionem subire cogatur: nec sit ignorantiæ locus, cum ad criminis rationem solum illud sufficiat, quod incognitum sibi tenuit. Servum etiam in memoratis regionibus si quis receperit [14], ignorationis excusatione sublata, quadrupli pœna teneatur, operarum præterea compendiis, damnisque præstitis. In libertis etiam, quos pari usurpatione susceperit, is modus sit, quem circa liberos colonos duximus retinendum. Dat. 3. Id. Jul. GRATIANO A. II. & PROBO CONSS.

TIT. LIII.
UT NEMO AD SUUM PATROCINIUM SUSCIPIAT RUSTICANOS, VEL VICOS EORUM.

1. Impp. LEO & ANTHEMIUS AA. Nicostrato [15] P. P.

SI [16] quis [17] post hanc nostri numinis [18] sanctionem, in fraudem circumscriptionemque publicæ functionis, ad patrocinium [19] cujuscunque conditionis confugerit: id, quod hujus rei gratia geritur sub prætextu donationis, vel venditionis, seu conductionis, aut cujusibet alterius contractus, nullam habeat firmitatem: rabellionibus [20], qui talia instrumenta conscribere ausi sunt, bonorum proscriptione plectendis: qui tamen scientes ausi fuerint hujusmodi instrumenta conscribere: vicis [21] etiam, vel possessionibus ad patrocinia confugientium, publico vindicandis. Hæ autem personæ, quæ contra publicam utilitatem in clientelam [22] suscepisse collatores detectæ fuerint, nobiliores quidem centum auri librarum condemnationem subire cogentur: mediocris vero fortunæ, facultatum suarum amissione plectentur: eadem pœna multandis etiam his, qui intercedentes ministerium suum hujusmodi nefariis actibus [23] improba mente præbuerint. Quam formam ex eo quidem tempore, quod sacra constitutio a divæ memoriæ Martiano promulgata continet, id est, in [24] Thracia [25] quidem diœcesi ab hinc annis triginta, hoc est, a Consulatu Aëtii secundo, & Sigisbuldi: in Orientali [26] vero, & Ægyptiaca, & Pontica, & [27] Asiana diœcesi, vigintisex [28]: hoc est, a Consulatu Cyri valere, atque executioni mandari præcipimus. Dat. Kal. Sept. ANTHEMIO A. II. CONS. 468.

2.

NE quis vicanis [29] patrocinium polliceatur, vel agricolas in clientelam suscipiat redituum, alteriusve lucri promissione recepta, & ut qui hæc non servaverit, supradictis pœnis, majorique commotioni subjaceat. Præterea ut vicani, si servi sint, dominis castigati reddantur: si liberi xx. libris multentur, & verberati una cum decem prioribus vici in perpetuum relegentur, dummodo scientibus omnibus fecesserint.

3. Imp. JUSTINIANUS A.

SI cujuslibet tributarius [30] junxerit sibi tributariam uxorem, vel e contrario, si [31] cujuslibet ancilla servo se junxerit alieno, tam tributarii, quam servi filios, matrum sequi conditionem, earumque more genitricum suarum dominis subditas esse censemus.

TIT. LIV.
NE [32] RUSTICANI [33] AD ULLUM OBSEQUIUM DEVOCENTUR.

1. [34] Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC.

NE [35] quis ex rusticana plebe, quæ extra muros [36] posita capitationem [37] suam detulit, & annonam congruam præstat, ad ullum [38] aliud obsequium devocetur: neque a Rationali [39] nostro mularum fiscalium, vel equorum ministerium subire cogatur [40]. Sine die & consule [41].

2. Impp. VALENTIN. & VALENS AA. ad Probum P. P. Illyrici [42].

SI qui eorum, qui provinciarum Rectoribus obsequuntur, quique in diversis agunt officiis principatus, & qui sub quocunque prætextu publici muneris possunt esse terribiles, rusticano cuipiam necessitatem obsequii, quasi mancipio sui juris imponant, aut servum ejus, vel forte bovem in usus proprios, necessitatesque converterint [43], ablatis [44] omnibus facultatibus, perpetuo subjugentur exilio [45], & nihilominus rusticanum, qui se in ejusdem opera [46] sponte propria detulisse despondérit, par pœnæ feveritudo constringat. Dat. prid. Kal. Octobr. *Agrippinæ*, VALENTIN. & VALENTE AA. CONSS. 365.

TIT. LV.
NON LICERE HABITATORIBUS METROCOMIÆ [47] LOCA SUA AD EXTRANEUM TRANSFERRE.

1. Impp. LEO & ANTHEMIUS AA. Nicostrato P. P.

IN [48] illis [49], quæ *metrocomiæ* communi vocabulo nuncupantur, hoc adjiciendum necessario nostra putavit humanitas, ut [50] nulli extraneo illic quoquo modo possidendi licentia tribuatur [51]: sed si quis ex iisdem vicariis [52] loca sui juris alienare voluerit: non licere ei, nisi in ad habitatorem adscriptum ejusdem [53] metrocomiæ per qualemcunque contractum [54] terrarum fuarum dominium possessionemque transferre: sciente persona extranea, quod si contra vetitum se huic negotio immiscere, vel illic possidere tentaverit: quicunque contractus initus fuerit, carebit effectu, & contractu soluto, si quid præstitum est, hoc [55] tantum reddetur. Dat. Kalend. Sept. ANTHEMIO A. II. CONS. 468.

1 Capitationem non præstant coloni Thracenses, *ut hic*, ut nec Illyriciani, *leg. 1. J. eod. proxim.* plura vide quæ scripsi *l. 1. J. ne rusticani. h. l. tit.* 54. Goth. Diœcesis Thraciæ habet sex provincias, ut Marianus Scotus scribit, Europam, Thraciam, Hæmimontum, Rhodopen, Mœsiam secundam, Scythiam. *Mod.* 2 Jugatio terrena a capitationis humanæ censu differt. Capitationem autem paulo post vocat tributariam sortem. 3 Colonis vagari & quo libuerit, recedendi facultas non est. *l. 15. supr. de agricolis. h. lib. tit.* 47. 4 Coloni conditione ingenui, servi tamen terræ sunt. 5 Redeundi. 6 Coloni possidentur a patronis suis & dominis. 7 Coloni patronum habent. 8 Coloni dominum habent, *ut hic*, aut potius terra ipsa coloni domina. 9 Ab *cultor evacuaverit.*

10 Illyricanis, al. *Illyrianis.* 11 Capitationem non præstant coloni Illyriciani, *ut hic*, vide plura ad *l. 1. infr. ne rusticani*, ubi dixi. *h. l. tit.* 54. Goth. Videtur accipiendi hic hæc de Illyrico occidentali. Nam Orientale infert capitationem excepta celebia Thessalonicenfi. *l. 11. supr. de an. & trib.* Mod. 12 Coloni origine & agnationis merito in fundis ipsis & agris immorantur. 13 Id speciale hoc casu, aliud jus in aliis est. *l.* 4. §. *quod si servus. supr. de servis fugitivis.* 14 *leg. ultim. supr. de agris libertorum.*

15 *Orientis*, al. 16 Si quis in fraudem ficlulari ad patrocinium alicujus, sub prætextu donationis, venditionis, vel conductionis, confugerit, quod fictum est, nullam firmitatem habeat: tabellionibus, qui instrumenta conficiunt, bonorum proscriptione plectendis, & vico id committente, similiter fiso vindicando. Qui vero suscéperit, si locuples est, centum auri libras solvat: si inops, proscribatur: eadem pœna multandis iis, qui hanc ad rem ministerium suum præbuerint. *Synopsis Basilicon* 7. *titul.* 9. *ex lib.* 56. *tit.* 3. 4. 1. Goth. Vid. Alciat. *hic.* Anl. Adde Cujac. *lib.* 8. *obs.* c. 23. S. 1. 17 *Pars l. ult. supr. de exactoribus tributorum. l.* 10. *tit.* 19. 18 *Nomines*, vide Salvianum *lib.* 5. *de provid. Dei.* 19 Patrocinii nomine quod pollicetur, vere non possidetur. *l. ult. supr. de exact. tribut. l.* 10 *tit.* 19. vide *supr. tit. ne liceat potentior.* 20 Tabellionis publici contractuum scriptores. *l.* 2. *supr. de eunuchis, l.* 17. *supr. de fide instrum. & amiss. l.* 14. §. 3. *supr. de sacros. Eccles.* νομικοὶ ἀγοραῖοι, ut quæ ab eis conficiuntur ἀγορᾶαι, forensia *d. l.* 17. 21 Publicari vicus etiam integer potest. 22 Clientes suscepti. vide Cujac. S. *observ.* 14. dixi ad *l.* 3. *ff. de usf. barbarius.* Goth. Hinc apparet *suscptos* esse clientes, qui se & bona sua omnia tuenda & defendenda potentioribus addicunt, frandandorum publicorum tributorum causa, qua specie potentiores vicanorum & rusticorum bona sibi vindicabant, vel relinquebant suscepti sub patrocinii mercede certa, quod multæ constitutiones damnant in *tit. de pac. vic. C. Theod. & Justiniani Novell.* 17. & *Tiberii de divin. domibus.* Mod. 23 Arrtibus. 24 Vide *l. 3. infr. de visitatori vestis. l.* 12. *tit.* 40. 25 Thracia. 26 Oriens dividis in provincias quinque *d. l.* 2. *Nov.* 24. 27 Et iterum. 28 Al. *vigintisiło*, al. 29. 29 Κωμήτων. Nemo vicanis patrocinium polliceatur, nec agricolas ad clientelam suscipiat, eo nomine redituum promitione, vel alio lucro recepto. Quod si quis hæc transgrediatur, & supradictis pœnis subjacebit, & aliam præterea majorem prabebit. *Synopf. tibid.* c. 2. 30 Liberi tributarii & tributariæ matris conditionem sequuntur, sunt in ejus dominio, qui matrem ipsam habet in potestate. 31 Liberi, servi & ancillæ diversorum dominorum cedunt materno dominio.

32 Ut. 33 De rusticorum privilegiis vide Chopinum. 34 Exemplum literarum Diocletiani & Maximiani AA. ad Carisium. 35 *l. unic.* §. *de capitatione. h. l. tit.* 48. 36 Id est, *extra metrocomias.* Contius. Goth. Hinc constitutionem intelligere arbitratur Cujac. Constantinum *in l.* 2. *Cod. Theod. de cens. sive adsr. dum* Diocletianum dicit plebem urbanam capitatione immunem reddidisse. nihil enim aliud ea verba; *extra omnia* sibi volunt, quam urbanos quidem capitatione non præstare; cæterum de rusticanis hoc hic constituitur, ne ad ulla alia onera devocentur, ut *l.* 1. *supr. de agr. cens.* veluti ad profectionem equorum aut mularum fiscalium, de quibus *l. ult.* §. *de dijsuf.* Mod. 37 Capitationem præstant rusticanæ plebes, seu coloni, *ut hic*, exceptis Thracenibus, & Illyricianis, *l.* 1. §. *de colonis Thracensibus. h. l. tit.* 51. & Ecclesiæ Thessalonicensis. *l.* 12. *supr. de annonis & tributis. l.* 10. *tit.* 16. Plebs urbana non præstat. *l.* 1. §. *de capitatione civium censibus eximenda. h. l. tit.* 48. sed nec metrocomiæ. *l. ult.* §. *de exact. tribut. l.* 10. *tit.* 19. 38 Nullum. 39 Rationabili.

40 Cognatur. 41 Sic *in manuscr.* 42 *Cod. Theod.* 11. 11. 1. 43 Multa hic sunt detracta e *Cod. Theod.* 44 Subtrahe. 45 *Ultimo subjugetur exitio*, in *Cod. Theod.* sed pœna immutata est a compilatoribus. 46 Operas.

47 *Metrocomia* id inter vicos est, quod Metropolis inter urbes. Metropolis mater est omnium & provinciæ. Solino, Floro, Ammiano: Metrocomia vero minor est & ejus vicorum: Ut urbes a capitatione immunes, ita & metrocomiæ, non etiam reliqui vici, *l. penult.* §. *de exact. tribut. l.* 10. *tit.* 19. *l.* 1. *supr. ne rusticani ad ullum obsequ. h. l. tit.* 54. 48 Si violaverit habitator metrocomiæ (ὁ πρόκωμητὴς vel μετρεκωμήτης) rem quandam alienare, nulli eam extraneo vendat, sed ejusdem vici habitatori: Nam quisquis alienam agetur, iritum erit; nec quidquam consequetur emptor, nisi quod præstita recipiet. *Synopf. Basil.* 56. *in fin.* περὶ πρόκωμήτου τῶν κωμοκτεήνων πᾶσα μετρεκωμήτης: id est, de præstatione in rebus iis, quæ ab habitatore metrocomiæ venduntur. 49 *Pars l. ult. supr. de exact. tribut. l.* 10. *tit.* 19. 50 *l.* 8. *supr. de exact. tribut.* Cæterum interpretes quidam ad hunc locum referunt quæstionem peregrinitatis, quæ Gallis Jus Albinregi dicitur. de quo vide *l.* 11. *supr. de episc. & clericis.* Pipinem §. *Arrefiarum* 2. & 3. *Not.* 6. *ch. des lettres de Naturalité*: dixi ad Auth. *omnes peregrini. supr. Communia de successionibus.* Goth. Pugeare videtur hæc lex cum *l. dudum. supr. de contrahend. empt.* fed *l. dudum.* de propinquis & locis loquitur, ne præterantur extranei emptores, loca de convicanis; propter quam putat Cujacius ad *l. dudum.* hæc verba Tribonianum adjecisse; *Nisi sex specialiter, &c.* quæ non sunt in C. Theod. *Mod.* 51 Attributur.

52 *Aliis*, vicanis, *hi sunt* μετρεκωμήτοις de quib. vid. hic Cujac. 53 Jus μετρεκωμήτου datur comitanis, *ut hic*, non tamen fociis. *l. dudum.* 14. §. *de contrahb. empt.* 54 Eidem. 55 Hoc verbo non continetur testamentum: ergo poterit vicanus extraneum heredem instituere? Quin & Nov. Romani, non testamenti modo fed & dotis, donationis propter nuptias, donationis diretæ, donationis causa mortis, permutationis, transactionis non simulate excipitur causa; nisi si ex his causis bona sua tenuiores transferant in potentiores non vicanos, quibus tamen præscriptio decennii edicta & extraneis quibusliber non denegatur. *Mod.* 56 Emens vicani prædium, non Vicaneus, pretium recuperat, *ut hic*, nqa idem est in eo, qui censium absque terra. *l.* 7. §. *de agricolis & censitis, c. h. tit.* 47. vel qui dominum prædium domito canone comparat. hi enim pretium amittunt. *l.* ult. J. *de fundis res privatæ. h. lib. tit.* 65.

TIT. LVI.
UT NULLUS EX VICANEIS [1] PRO [2] ALIENIS VICANEORUM DEBITIS TENEATUR.

1. Imp. ZENO A.

GRave est [3] non solum legibus, verumetiam æquitati naturali contrarium pro alienis debitis alios molestari [4]. Idcirco hujusmodi iniquitates circa omnes vicaneos perpetrari modis omnibus prohibemus.

TIT. LVII.
DE CENSIBUS [5] ET CENSITORIBUS ET PERÆQUATORIBUS, ET INSPECTORIBUS.

De collusione & fraude tabulariorum.

1. Imp. CONSTANTINUS A. ad Populum [6].

QUoniam tabularii [7] civitatum per collusionem potentiorum farcinam [8] ad [9] inferiores transferunt: jubemus, ut quisquis se gravatum probaverit, suam tantum pristinam [10] professionem agnoscat. Dat. 15. Kal. Februar. *Romæ*, CONSTANTINO A. II. & LICINIO CONSS. 313.

De paupertate simulata succisis vitibus, vel arboribus.

2. Imppp. GRATIANUS, VALENTIN. & THEOD. AAA. Eutropio P. P. [11].

QUisquis [12] vitem succiderit [13], aut feracium ramorum fœtus vetaverit [14], quo declinet fidem censuum, & mentiatur callidæ paupertatis ingenium, mox detectus, competenti indignationi subjiciatur [15]: illo videlicet evitante [16] calumniam, qui forte detegitur laborasse pro copia, ac [pro [17]] reparandis agrorum fœtibus, non sterilitatem, aut inopiam procurasse. Dat. prid. Non. Jun. *Constantinopoli*, EUCHERIO & SYAGRIO CONSS. 381.

De procuratore subdulto, colonove fugato.

3. Iidem AAA. Cynegio P. P. [18].

SI peræquatore misso aliquis aut procuratorem suum retraxerit [19], aut colonum per [20] contumaciam retractionis [21] fugaverit: ad eum censuum modum, quem vel eo, vel procuratore illius absente peræquator apposuerit, nostræ sanctionis auctoritate tenebitur. Dat. 6. Kalend. April. *Constantinop.* HONOR. N. P. & RUODIO CONSS. 386.

Si defectorum prædiorum relevatio petatur.

4. Imppp. THEODOSIUS, ARCAD. & HONOR. AAA. Rufino P. P. [22].

OMne territorium censeatur, quotiens defectorum levamen expo-scitur: ut [23] sterilia [24], atque crema [25], his, quæ culta, vel opima sunt, compensentur. Dat. 3. Non. April. *Constantinop.* THEODOSIO A. III. & ABUNDANTIO CONSS. 393.

De iniqua peræquatione.

5. Iidem AAA. Rufino P. P. [26].

QUi [27] gravatos se esse a peræquatoribus [28] conqueruntur, & injusto [29] oneri impares esse proclamant, competitionis habeant facultatem [30]: ut quid remissum gratia, quidve interceptum fuerit fraude, convincant, & ex eo levamen accipiant, quod per deformia, & criminosa commercia sibi impositum esse deplorant, ut aliis demeretur: Quod intra annum [31] post codicum oblationem, quo [32] videbitur, de injusto onere conqueratur, & iniquitatem peræquatoris accuset, ac præstitam gratiam habita compensatione [33] convincat: ut quod ei fuerat superfusum, ille cognoscat [34], quem debitæ functioni [35] fraus clandestina subtraxerat. Emenso autem eo tempore actio denegabitur: exceptis [36] minoribus, qui fuerint indefensi: his etiam, qui abfuerint [37] reipublicæ causa: qui tamen ex eo tempore, quæ sunt statuta custodient, ex quo ad agendum habuerint [38] facultatem. Dat. 3. Kalend. Decembr. *Constantinop.* DN. THEODOSIO A. III. & ABUNDANTIO V. C. CONSS. 393.

De negligentia vel gratia peræquatorum vel discussorum.

6. Impp. ARCADIUS & HONORIUS AA. Eufebio P.P. 39.

PEræquatores [40] ac discussores [41] si incurrerint culpam negligentiæ, vel gratiæ, non solum bonorum [42] jacturam [43], verumetiam annonarum [44] in quadruplum [45] multam [46] subire debebunt: ea vero, quæ in damnum provincialium fuerint accepisse convicti, in quadruplum cogentur exolvere. Dat. 4. Kal. April. *Mediolan.* ARCADIO & HONORIO III. AA. CONSS. 396.

De addictione prædiorum desertorum.

7. Impp. HONORIUS & THEODOSIUS AA. Sebastiano Comiti primi ordinis [47].

APud [48] eum possessio firma permaneat, cui eam a peræquatore semel traditam fuisse constiterit: reliqua [49] vero temporis antecacti a novo domino fiscum postulare non patimur, ne alterius culpa alter incipiat subjacere dispendio. Si [50] quis vero privatus aut obligatam sibi possessionem, quæ deserta usque [51] nunc permansit, aut ex aliquo titulo deberi sibi jure confirmat: allegationes suas sine mora, vel per se, vel per aliam personam legibus ordinatam manifestare [52] debebit: ita ut si æquitatis ratione suadente ad petitorem fuerit translata possessio: is, qui a peræquatore eam susceperit, rei melioratæ susceptis [53] sublevetur expensis. Verum ne sub specie litis donationes [54] semel constitutæ turbentur, sex [55] mensium spatum censemus debere servari: intra quod is, qui putat sibi rem probabili ratione competere, debitas exerceat [56] actiones. Quod si tempus adscriptum silentio fuerit interveniente transactum: nullum [57] penitus repetendi volumus esse principium. Quod si quis [ex] eo [58] tempore, quo peræquator prædium alicui addicit de suo jure, vel per se, vel per homines suos non crediderit actitandum [59], sex [60] mensium curriculis evolutis, in perpetuum conquiescat. Dat. prid. Id. Mart. *Ravennæ*, HONORIO XI. & CONSTANTIO II. CONSS. 417.

TIT. LVIII.
DE OMNI AGRO DESERTO [61] ET QUANDO STERILES FERTILIBUS IMPONUNTUR.

Prædia deserta decurionibus loci, cui subsunt, assignari debent, cum immunitate triennii. Bart.

1. Imp. CONSTANT. A. Campesi.

CUm Divus Aurelianus parens noster civitatum ordines pro defertis possessionibus jusserit conveniri, & pro his fundis, qui invenire dominos non potuerunt, quos præceperamus earumdem possessionum triennii immunitate percepta de solemnibus satisfacere: servato hoc tenore præcipimus, ut si constiterit ad suscipiendas easdem possessiones ordines minus idoneos esse; eorundem agrorum onera [62] possessionibus & territoriis dividantur accepta [63].

Possidens fundos steriles & fertiles tributarios, si alienat fertiles, & ob hoc efficitur non solvendo, tenetur ad tributa sterilium & sterilium emptor.

2. Idem A. [64].

SI quis ab emphyteuticario seu patrimoniali possessore privati juris quippiam comparaverit, cujus substantia alias possessiones sustentare consueverat [65], & succisis quasi quarundam virium nervis, redistractorem [66] [inopem [67]] inutiles permanebunt. Dat. 8. Id. Decemb. *Thessal.* FELICIANO & TIT. CONSS. 337.

Accipientes prædia deserta cum immunitate triennii, debent cavere idonee, quod dicta prædia non relinquent cum damno reipublicæ. Bart.

3. Impp. VALENTIN. & VALENS AA. ad Mamertium P. P.

QUicunque deserta prædia meruerint sub certa immunitate [68], ad possessionem impetratorum non prius sinantur accedere, quam vel fidejussoribus idoneis periculo curialium datis, vel fundis patrimonii [a se] possessionem nullo detrimento publico relinquendam.

Scriptus heres a tributario debitore, etiam onus fundorum sterilium agnoscere cogitur. Bart.

4. Iidem AA. & GRAT. A. ad Crescentium Vic. Afric. [69].

HEredes scripti etiam pro [70] minus idoneis fundis fiscale onus cogantur agnoscere: vel si renuntiandum hereditati putent, cedant his omnibus [71] rebus, quas ex iisdem bonis quocunque titulo &

1 Vicanis, *al. vicariis.* 2 De clarigatione & jure Reprezaliarum adde *l.* 4. J. *de execut. & execut. l.* 12. *tit.* 61. *Novell.* 51. *l.* 3. *in fin.* J. *Ne nxor pro maritis: Auth. Hoista. supr. Ne filius pro patre.* 3 *Hue pertinet l.* 2. *de exactis. C. Theod. l.* 4. §. *de exactis. trib.* 4 Fuit olim plerisque locis usurpatum, ut vicanus ex contractu vel delicto convicani tenetur: & si licet creditori ob vicani debitum ejusdem vici hominem vel bona prehendere, quoad veros debitor satisfecisset; quod Zeno tollit hac lege, 5 *L.* 50. *D.* 15. vid. Molinæum *ad Consuet. tit. de Censives.* Goth. *Census* descriptiones sunt ingenes & capitum. *Censitores* sive censores, qui census agunt. *Peræquatores* & inspectores, qui emendant, prædia inspectis & adequatis invicem, ut releventur, quibus est gravius onus adscriptum, graventur, quæ sunt censita levius. *Vo.* J. *de fund. pat. l. pen. & ult. supr. de an. & tribut. l.* 12. & 14. *C. Theod. de censit. l. ult. C. Th. de locat. fun. pur. emptio.* Mod. 6 *C. Theod.* 13. 10. 1. 7 Tabularii civitatum potentioribus facile colludunt & potentiorum omens in eosdem per collusionem transferunt. 8 *L. infr. h. l.* 9 In Q. ad M. Cicerionem fratrem, Alia Proconsulem scribens, illud cum primis in eo laudat, quod efficerat, ut tributa civitatum ab omnibus, qui earum civitatum fines incolunt, tolerarentur æqualiter. 10 Censualis professio non tantum tellbus, sed ex antiqua fin prione ceasuali possessione potest argui. *l. 1. supr. de immunitate nemini concedenda. l.* 10. *tit.* 25. & ita intelligo *l.* 10. *ff. de probationib.* Nam alias tabulæ censuales potiores sunt tellibus. *d. l.* 10. 11 *C. Theod.* 13. 11. 1. 12 *Si quis*, in *C. Theod.* 13 Aliud si mortuus fuit. *l.* 4. §. 1. *ff. h. t.* 14 *C. Th. habeataverit*, forte *amputaverit*, al. *vitiaverit.* vid. *l.* 4. §. *si quis. ff. de confsh.* 15 Immutata est pœna, quæ in *Cod. Theod.* expressa est. 16 Vitante. 17 *Abest a C. Theod. C. pub. lib.* 18 *C. Theod. h. t. l.* 2. 19 *l.* 4. §. *si quis.* 10 *ff. de censib.* 20 *Ad*, in *C. Theod.* 21 *Retractationis*, in *C. Th.* 22 *C. Theod. h. t.* 3. 23 Vid. *l.* 4. J. *tit. pren.* 24 *Squalitera* in *C. Th.* al. *squalidiora.* 25 *Jejuna* in *C. Theod.* Eremia prædia deserta, sterilia, *ut hic & tit. pren.* 26 *C. Th. h. t.* 4. 27 *l.* 1. *in pr.* J. *h. t.* 28 Peræquatores sunt, qui inspectis prædiis census æqualiti ratione imponunt aut emendant. 29 Injusto. 30 Actio vel competitio adversus iniquam peræquationem datur intra annum post completam peræquationem, tradictosque peræquationis libros, ex die clasji renunciatique census, ut *tit.* 4. *Cod. Theod. de censis sive adsc.* Excipiuntur minores indefensi, & absentes reipublicæ causa: quibus non ex eo die annus computur; sed ex quo agendi facultatem habuerint. ad exemplum porro hujus legis vide *l. formam.* §. *final. ff. de censib.* Bald. *in tract. de præscription. annua parte præscripsit, quæstione* 30. n. 9. Socinum *consil. 116. columna final. lib.* 3. Beroald. *in quæst. fam. quæst.* 5. Anton. Kub. denique *ad l. non solum.* 9. *mortes. ff. de usu. aqu. numq.* & agere potest intra annum, non post annum. Rufinus *lib. de temporib. c. de anno.*

32 *Cui*, in *C. Theod.* 33 Al. *competitione* in *C. Theod.* 34 Agnoscat. 35 Functionis. 36 *Sequestratis*, in *C. Theod.* 37 *Absuerunt*, al. *abfuerunt.* 38 Habere potuerint. 39 *C. Theod. h. t.* 7. 40 Peræquator ἐξεταστὴς, discussor, λογοθέτης. *Synopf. Basil.* 56. *tit.* 14. *cap.* 1. §. 6. 41 Quidam hic funt omissa e *C. Theod.* 42 *Horum*, in *C. Theod. & vet. quib. lib.* quod magis probat Cuj. Græcorum 44 *l.* 1. *supr. de dijsuffortibus. l.* 10. *tit.* 16. 45 Imo in duplum, *l.* 7. §. *de exactoribus. l.* 10. *tit.* 19. 46 *Multe*, in *C. Theod.* 47 *C. Theod. h. t. l. pen.* cujus hic omissum est initium. 48 Vid. *l.* 11. *in fin.* J. *de omni agro deserto. h. l. tit.* 58. 49 Λοιπὸν Græcis dicuntur. *Syn. ibid.* Qui a fisco nuttionate rem comparat, pretium tantum præstat, non reliqui, *ut hic*, *l.* 6. *in fin. supr. de fide & jure hasta fiscalis. l.* 2. J. *de fundis res privatæ. h. l. tit.* 65. Olim jus id non erat. *l. prædiis.* 36. *ff. de jure fisci.* Vesfa ab Imperatoribus Valentiniano & Valente id fisco emere, facilius inveniendi emptoris causa. In privatis auctionibus emptor reliqua etiam præstat. *l. Imperatores.* 7. *ff. de publicanis. ut* §. *fine cens.* 50 Qui possessionem a peræquatore traditam, velut obligatam petentem instituere. *Synopf. ibid.* adde *l.* 11. *in fin.* J. *de omni agro deserto. h. l. tit.* 58. 52 *Hucusque*, in *C. Theod.* 53 *Aspaf. Dest sublatum tuam publicare*, in *C. Theod.* 54 *Dominationes*, in *voter. lib. manusc. ed eff., dominia*, in *Lit.* 58. 55 *Dierum*, in *C. Theod.* dixi ad *l. locorum.* 11. J. *de omni agro deserto. h. l. tit.* 58. 56 *Exer.as*, in *C. Theod.* 57 De exceptione lite finite, vid. Rebuff. *Tract. de exceptionib. n.* 600. & 606. 58 *Abest a C. Theod. & quitusd. manusc.* 59 Actitentur.

61 Non idem est desertum & derelictum: derelictum enim occupantis fit, desertum non item, *l.* 8. *loc. tit.* ulucapitur tamen biennio. desertum autem est, quod intentium & equilibrum est. *Mod.* 62 Vid. *l.* 6. *in fin.* J. *h. t.* 63 Hoc verbum, *Accepta*, est ex fubscriptione. *ad* Data. Goth. Vid. Jacob. Bornit. *de exim. redditib. lib.* 7. *c.* 1. & Alciat. *h. t.* Anl. 64 *C. Theod.* 11. 1. 4. 65 Vid. *l.* 5. J. *h. t.* 66 Defertorem. 67 *Abest a C. Th.* 68 Jubet ut it quibus deserta prædia addicuntur sub certa immunitate veluti triennii, *l.* 1. *loc. tit.* vel biennii, *l.* 7. *loc tit. l.* 12. *C. Theod. de censis. pagan. vel fidejussoris.* caveant se ea damno publico minime deferturos. *l.* 6. *loc tit. l.* 7. J. *de fund. pat.* Mod. 69 *C. Theod.* 11. 1. 17. *ubi legitur, Crescentino.* 70 *l.* 2. §. 6. *t. l.* 5. *l.* 6. *l.* 7. *supr. eatenus*, J. 9. *l.* 10. J. *h. t. l.* 3. J. *Ne. Prax. l.* 10. J. *de fundis pater. manual. h. l. tit.* 61. 71 Infirtius a debitore, repudians ejus hereditatem, privatur omnibus bonis, non solum hereditatis, fed quocunque titulo ad eum delatis a testatore. Cortetus *singulari here.*